



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Vsura VII. quoad poenas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

ignorantiam malæ intentionis, aut saltem accipit à malè dante, & consequenter nemini tenetur restituere illud, saltem, si præster illud propter quod datum est. Nam qui bene vel malè accipit aliquid ab eo qui malè dat, non tenetur ex præcepto ad restituendum illud: saltem si illud cuius causa datum est, fecit, & nulla speciali lege id iubeatur. numero centesimo secundo §. quinto, & in Nouo. numero centesimo tertio, §. 5.

V S V R A VII.

Quo ad pœnas.

A P E C C A T Sacerdos audiens confessionem vsurarij manifesti, vel impendens ei absolutionem, vel aliud sacramentum, antequam restituat vsuras, vel præster cautionem. Et nolenti hoc facere, nemo debet esse testis in testamento (quod testamentum nullum est ipso iure) nec confessionem eius audire: nec ipse est in loco sacro sepeliendus. capite decimo septimo, numero ducentesimo septuagesimonono. Et qui eum in loco sacro sepeliret, nisi prius præ

præstitis supra dictis, excommunicatur
per Clem. I. de sepult. ibidem.

Quod si usurarius in periculo mortis^B
est, & vult præstare ea, sed non potest, à
quolibet Sacerdote audiri potest, & absol-
ui, & obtenta ab eo facultate eius promif-
sionem Episcopo declarabit, vt, si conua-
luerit ipse, vel si moriatur, eius hæres ad
restitutionem ab eodem compellatur. His
autem factis & præstitis poterit & ad com-
munionem & ad sepulturam in loco sa-
cro admitti. numero ducentesimo septuage-
simonono & capite vigesimo sexto. nume-
ro vigesimo octauo, & in Nouo. numero
vigesimo octauo.

Usurarius manifestus dicitur, *qui palam*^C
& notoriè mutuat ad usuram. cap. 27. numero
137. vel res ob dilatam solutionem manifestè
vendit carius in isto pretio rigido. cap. 17. nu-
mero 280.

V S V S R A T I O N I S.

Q V A N D O puer peruenit ad vsum ra-^A
tionis, tenetur se conuertere in Deum,
eo modo, quo dictum est, tit. Caritas.

Vsus Rationis non aduenit omnibus
in eodem tempore. Tunc verò censebi-^B

GGg 3 tut